AMICO LECTORI TYPOMPHVS.

AELIX Contelorius de re literali meritiſsimus, dum Bibliothecæ Vaticanę, atq; Archiuij Apoſtolici cuſtodiæ præfuit, multa dedit in lucem, quę ex vſu, & dignitate Sedis Apoſtolicæ fuerunt; & alia etiam non pauca morte preuentus reliquit inedita, quę poſteà (vt notum eſt) cum alijs manuſcriptis codicibus, quę apud eum reperta fuerunt alienis ceſſerunt.

Iter ea fuit hæc Comitiſſę Mathildis Genealogia, cuius exemplar quod in ipſius Bibliotheca caſu repertum eſt nunc typis euulgo. Nam ex illo tempore ab omnibus expetita, non ſolum literatorum vota vltra fruſtranda non erant, ſed celeritate occurrendum, ne quis opus diù per alienas manus verſatum ſibi forſitan adiudicaret, quandoquidem non deſint hodie, qui gloriam ſibi libenter ex aliorum induſtria querant. Sed ſi quod forſan erratum accurrat, Scias non datum fuiſſe exemplum cum authographo [vt cupiebam] conferre. nec in eo etiam verborum cultum exquiras, cum illorum temporum monumenta ibidem recenſenda fuerint, quæ prorſus barbara, omni penitus elegantia carebant.

Alia pariter eandem fortunam experta, quę plurima eiuſdem authoris deſiderantur publici itidem iuris per me fient ſi (vt ſperamus) licuerit. Nam non deſunt, qui in eis recuperandis omnem ſedulitatem adhibeant; ſed dum expectamus his interim libenti animo fruere, meq; ama, ac vale.

DE